

FRANCISCUS

Dei gratia, Dux Parmae,
Sanctae Romanae Ecclesiae



FARNESIUS

Placentiae, Castri, &c.
Consalonarius Perpetuus, &c.

INTER EA, quae summum Principem decet, illud potissimum arbitramur, ut in cohaerentibus benemerentibus, subditis congrua honorum auri, et titu-
lulo versetur: larga etenim remunerationis exemplo ad arduum virtutis iter aggredendum ceteri aliciantur, et quo dignioribus Titulis aliorum merita extolli intui-
centur, ad altiora capescenda eo ardentius excitentur. Attendentes itaque optimam Fulvii Pescatori Parmensis Civis indolem, nunc apud Sac. Catholicam Philippo V.
gloriosissimi Hispaniarum Regis Majestatem degentis, atq; ab ipsa M. S. ad eosdem honores evecti, quibus aucti conspiciuntur ij, qui in Consilium super Regia Ci-
vitate rebus agendis sunt coopti, ipsam Nos quoque favoribus, et gratijs, quibus possumus, luculentè prosequi statuimus. Quapropter motu proprio, ex certa scientia, et de ple-
nitudine potestatis nostrae Ducalis, qua fungimur, praefatum Fulvium Pescatori, et ejus filios legitimos, et naturales in infinitum, Nobiles dictae nostrae Civitatis Parmae cre-
amus facimus, constituimus, et declaramus ita ut ubique locorum, et quovis tempore, quavis occasione, et omni in congressu, et ingressu, et denique in omnibus, et quibuscumque
actibus tam publicis, quam privatis ab omni persona, Comuni, Corpore, Collegio, et Universitate habeantur, tractentur, et reputentur uti Nobiles antiqui, et originarij ejusdem
nostrae Civitatis Parmae, et de Familia antiqua Nobili, et originaria dictae Civitatis, et ita, et taliter quod possint uti, frui, gaudere, et potiri omnibus, et quibuscumque honoribus digni-
tatis, et praesentibus, quibus fruuntur gaudent, et possunt, ac frui, gaudere, et potiri possunt omnes alij Nobiles originarij antiqui, et de antiqua Nobili Familia ejusdem Civitatis,
et in quacumque materia etiam Statutorum veterum appellatione Nobilium antiquorum originariorum dictae Civitatis, tractentur, et tractari debeant in omnibus, et po-
tissimum Nobiles, et de Nobili antiqua Familia haecenus tractari consueverunt, non obstantibus in aliquo huc nostra intentioni, et voluntati quibuscumque Statutis, Decretis, et ordinibus
Civitatis, et cuiuscumque Universitatis, et Collegij, quorum omnium plena, perfectaque scientiam habemus, et tenemus, de quibus hic forte esset facienda specialis, et individua mentio, quibus
omnibus motu proprio, et ex certa animi Nri scientia, et de plenitudine potestatis Nrae per praesentes, vigoreque praesentium in totum, quoad effectum predictum, et pro hac vice tantum derogavi-
mus, et derogatum esse volumus, mandamus, et disponimus, non obstantibus etiam in aliquo quibuscumque alij quovis modo in contrarium facientibus. Mandantes quibuscumque Personis
Officialibus, Collegijs, Universitatibus, ac quibuscumque alijs, ad quorum notitiam praesentes devenerint, ne illis quovis modo contraire eudeant, sub nostrae indignationis pena. In quorum
fidelem praesentes fieri iussimus, Manu Nra, et in scriptis Nri Primi a Secretis Status subscrip'tas, ac Sigilli Nri consueti impressione munitas fieri iussimus, et fecimus. Dat.
Colurni die Nona Augusti 1720.

Franciscus Farnesius



Maurus. ant.

Privilegium Nobilitatis pro Fulvio Pescatori Cive Parmensi, eiusq; Filijs, et Descendentibus legitimis, et naturalibus in infinitum.



1720 9/11

11. 8. 1720 (34)



Erweiterte Bibliothek & Universitätsbibliothek
des Landes Sachsen-Anhalt
in Halle (Saale) am 11. September 1720
ausgegeben von dem
Hochscholischen Bibliothekarius
Johann Friedrich Schlegel

